



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LXXXI. Romana domus de Guidottis. An vocatio filiorum in conditione
positorum resultans à Statuto Urbis, locum habeat quando filii positi sunt
in conditione in reciproca inter duos hæredes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

7 sinuatæ in Romana censu coram Bichio, pluriumque aliarum, quas disputavi, ubi idem articulus cedebat; Generaliter, & in abstracto, verior videbatur opinio posterior, quod scilicet filii ex Statuto censerentur vocati, etiam ubi positi sunt in conditione in donationibus, vel alius actibus inter vivos, cum semper urgeat eadem ratio, quod scilicet, dum disponens abhorruit heredes extraneos, ac potius dilexit substitutum, quem tamen postposuit filius in conditione positus, ita resultat probabilis presumptio, quod eos in exclusionem hæredum extraneorum vocare voluerit, ista etenim ratio, æquè percutit dispositionem per ultimam voluntatem, ac per contractum, neque subesse videtur probabilis ratio differentia.

Et licet in allegatis decisionibus coram Coccino, distinguantur, an filii positi sint in conditione occasione substitutionis factæ ad favorem tertii, vel potius occasione pacti reversivi, seu resolutivi ad favorem ipsius donatoris, quasi quod Statutum intret solum in primo casu, non autem in secundo; Attamen ultra quod in hac facti specie versabamur in prima parte distinctionis, ubi etiam essent in secunda, adhuc ista distinctione nullum probable fundamentum habere videtur; Quidquid enim sit, an pactum reversivum importet substitutionem sui ipsius, ut aliqui credunt, tanquam ex novo jure, vel potius speciem commissorii, atque reductionem causæ ad non causam, tanquam per resolutionem actus, ac reviviscentiam, seu excitationem, potius à sonno, quam à morte antiqui juris vel dominii, juxta aliam opinionem, quæ probabilior videtur; Semper tamen urget eadem ratio, quod donator magis dilexit se ipsum, quam extraneum hæredem, sed magis filios donatarum in conditione positos, quam se ipsum; Nil obstante quod Statutum in verbis supponere videatur filios esse positos in conditione fideicommissi, quoniam in hoc non attenditur solus sensus literalis verborum, dum magis receptum est sub eodem Statuto contineri etiam vulgarem, ut *disc. præced.*

Non obstantibus autem præmissis, in hac facti specie verius credebam Statutum non intrare, atque filios in conditione positos non censerri vocatos, non quidem ex regula sed ex limitatione resolante à contraria conjecturata voluntate, tam donantis, quam donatarii inspecta facti qualitate ejusque circumstantiis; Dispositio siquidem dicti Statuti non continet legem præcisam, & necessariam, tanquam per inductionem novæ legis exorbitantis, sed cum de jure cautum expresse non sit, an filii in conditione positi censerantur vocati, atque inter DD. super hoc esset magna quæstio derivans ab incerta, & ambigua disponentis voluntate, quam una opinio præsupponit uno modo, alia vero præsupponit altero, ita ut sit nuda quæstio voluntatis; Hinc proinde Statutum aliud non operatur, nisi quod canonizando unam ex duabus, licet minus communem opinionem, inducit dictam voluntatem præsumptam, contraria tamen probatione, vel fortioribus præsumptionibus, & conjecturis elibilem, ut bene ceteris relatis haberetur apud Ottobonum *decis. 255.* & in dicta Rom. *census 8. Junii 1654.* coram Bichio & in alijs; Quod in simili habemus filii alio Statuto inducente prescriptionem Statutariam, quæ magis est præsumpta solutio, quam vera præscriptio, elidibilis non solum per contrariam probationem, sed etiam per alias præsumptiones.

Applicando autem ad rem, plures conjecturæ

aliæque facti circumstantiae suadere videtur donatorem non habuisse in animo gravatum, balem donatarium, ac inducendi iustus fidelissimum; Primo scilicet ob clausulam ad hanc in donatione contentam; Secundo ob distinctam ad ecclesiam personæ dicti Annibal natarii, quæ juxta extensionem formulat stipulationem pro hæredibus, quibus Tertiò fortiter, ac meo iudicio convincenter ubi donator voluit vocare filios Annibale matrimonio nascituros, id fecit, expedito quibus bonis vocando, ideoque intra regulæ, quod ubi voluit dixit; Quarto quia Annibal plures declaravit ista bona esse, in quoconque onere fideicommissi; Et quinto juxta præmissam facti seriem donator dicit bona controversa ab ipso Annibale donec magis, quam ab ipso donatore quæsita etiam in facto justificabatur, saltem in præmissa quævis in contrariis decisionibus prædictis prima coram Celso nimis insisteret, formula ad habendum, quod apta non est, sed præcedentem dispositionem, sed intelligentem, compitabiliter, juxta plene de ducta apud *dec. 522. n. 8. cum seqq. & decis. 427 par. 9. n. 2.* attamen responsio non videbatur tollere non possum. Tum quia illa percutit casum, in quo prædicta positio clara, & expressa, ita ut resolutio conflictus incompatibilitas, secus autem ubi agitur de distinctione dubia & præsumpta in qua dicta non attendatur tanquam correctiva, sed tam interpretativa, & una ex conjecturis; Tunc quia difficultas caderet, quando haec prædicta seu conjectura resoluta à dicta clausula distinguitur, secus autem, ubi plures concurrent, ut colligula in præsumptivis, & conjecturalibus per attendenda, ut singula, que non præsentis, sed ex dictis conjecturis ad hunc præcinctum canonizantur in dicta *dec. 255.* Ottobonum, & in Rom. *census 8. Junii 1654. coram Bichio;* ideoque cludebam istam quætionem juxta regulæ turam omnium aliarum in ista fideicommissaria materia cadentium esse potius facti, & voluntatis quam juris, ideoque non recipere certam, ad minatam decisionem, sed eam pendere à difficultate, ac singulorum casuum particularibus circumstantiis, quibus attentis in hac facti specie statulum intrare non videbatur.

ROMANA DOMVS DE GVIDOTTI

PRO

MARCHIONISSA SULPI^{II}
VITELLESCA DE TASSI

CVM

MODESTA GUIDOTTA

Casus varie decisus per Rotam pro Salvi

An vocatio filiorum in conditione

sitorum resultans à Statuto Vrbis, locum habeat quando filii positi sunt in conditione in reciproca inter duos hæredes status inæqualis, quorum unus non poterat habere filios; Et incidenter aliqua de materia legitimi contradictoris, ac de exceptione detractionum.

SUMMARIUM.

- 1 Fæli series.
Omissio inventarij, an & quando præjudicet detractionibus.
- 2 Falsa substitutione reciproca inter duos, secundus superflus, an censetur gravatus erga proprios filios, & num. 6.
- 3 De requisitis necessarijs ad faciendum fideicommissarium legitimum contradictorum, & num. 7.
- 4 An ratio inæqualitatis inter gravatos faciat cessare vocationem filiorum in conditione positorum.
- 5 Declaratur conclusio, de qua num. 3.
- 6 De eadem materia legitimi contradicloris, de qua num. 4. & quando exceptio fideicommissi antiquioris obstat.

DISC. LXXXI.

Bernardinus Guidottus, institutus Octaviano, & Alexandro filius, quorum secundus erat Canonicus Basiliæ S. Maria Majoris, reciprocum inter eos ordinavit in casu mortis absque filiis; Præmorte autem Alexander, unde propter totus affl consolidatus fuit in Octaviano, hic scriptis hæredibus Julio, & Ascanio filiis, fideicommissum inter eos, eorumque filios ordinavit, Ascanius verò domum hæreditariam Bernardini avivit vendit Hypolito de Vitelleschis, Unde sequuta morte prius dicti Ascanii deinde verò Julij absque prole, Modesta soror, vel tanquam hujus ultimi hæres ab intestato, vel ex proprio vocatione jure fideicommissi per Ascanii prædecessum aperi, immitti obtinuit ab A. C. ad prefatam domum, cum subsequita exequitione; Commissus verò per appellationem caufa in Rota coram Albergato, cum clausula apponi solita, quando ad exequitionem de facto processum est, nempè cum facultate manutendit quem de jure datoque dubio, cui dandum esset mandatum de manutinendo, juxta frequentem modernum stylum, mandatum fuit videri de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, assumpta que proinde dicti boni juris disputatione, sub die 7 Junij 1662. Sulpitie favorabilis resolutio prodiit confirmata coram eodem Albergato sub die 28. Martij 1667.

Principium dictarum resolutionum fundatum fuit, quod cum dicta domus esset hæritaria Bernardini primi testatoris, ut insignia depicta, & nominis atque cognominis inscriptions, alias que probations clarè convincebant, exinde sequebatur non cadere sub fideicommisso Octavii secundi testatoris, ex quo actris veniebat, quia cum in Urbe ex Statuto filii in conditione positi censebantur vocati ex subintellecta expressa & dispositiva vocatione, sequebatur exinde quod ejusdem Octavii filii, non tanquam ejus hæredes, sed ex propria

persona successerunt in bonis dicti primi testatoris, quæ penè eos effecta libera distrahere potuerunt, dum nullæ urgebant conjecturæ suadentes onus successivum, ita ut in conditione positi censebentur vocati utraque vocatione activa & passiva.

Et in omnem eventum, ubi etiam controversa domus spectaret ad hæreditatem Octavi secundi testatoris, adhuc tamen, dum non constabat de præcedentibus alienationibus, illa censebatur eleæta in causam legitime aliarumque detractionum Alcanio alienanti competentium adnotat, in vulgar. l. Marcellus ad trebell. Non obstante opposita omissione inventarii, Tum quia objectum tollebatur ex facto, in quo de illius confectione docebatur, Tum etiam ex recepta conclusione, quod inventarii omissione non causat amissionem legitimæ, aliarumque detractionum, nequæ in aliquo operativa est respectu fideicommissi universalis, præterquam in præsumpta consumptione resultante ab aliquibus alienationibus, licet modicis, que tam præsumptio procedit quoad p̄stum gravatum ejusque successores universales, non autem quoad tertium possessorem titulo singulari translativo dominii, cuius respectu onus est fideicommissarii volentis infringere alienationem, probare consumptionem cum præcedentibus alienationibus juxta receptam distinctionem, de qua in utraque decisione, ac frequenter infra ad materiam alienationum, ac etiam sub tit. de detractionibus.

Scribentes pro Modesta in secunda præsertim disputatione super dubio, an standum esset necnè in prima loco decisi, satis insistebant super negationes antiquioris fideicommissi in persona Ascanii alienantis, quoniam licet stante statutaria dispositio non dubitetur de vocatione filiorum in conditione positorum, Attamen duo deducebant motiva istud fideicommissum excludentia. Primò nempè quod cum Alexander unus ex institutis esset Canonicus, & consequenter inhabilis ad procreationem filiorum, dici non poterat ad filiorum favorem gravatus, quos habere non poterat, ideoquæ idem dicendum erat quod Octavium alterum filium ratione æqualitatis in fideicommissis servanda; Et alterum quod ista fuerit unica tantum substitutio facta solum primo morienti ad favorem superflitus, cui nullum gravamen adjectum censemur, unde penes eum bona remanent libera ex Peregr. de fideic. art. 28. sub. n. 22. & sequen. ubi in puncto filiorum in conditione positorum, qui ex consuetudine Status Veneti censemur vocati; Ad quod etiam alligabantur Ector Felic. alleg. 14. n. 19. & 20. Rot. decisi 8. num. II par 7. rec. & in Perusina. fideicommissi de Cincis 15. Junij 1654. Zarata; Et propteræ cum primo loco obliterit Alexander absque prole, evanuerat substitutio respectu Octavii, cui proinde filii in conditione positi dici non poterant, perinde ac si dicta positio facta non esset.

Et nihilominus dicebant sufficere id reddi dubium, ad effectum, quod petenti immissionem ex secundo fideicommisso claro obstare non deberet exceptio antiquioris fideicommissi, cum ad effectum faciendi fideicommissarium legitimum contradictem, desideranda veniant copulativè tria vulgaria requisita, quorum primum ac potissimum consistit in fideicommisso certo & claro, ita ut non sufficiat conjecturale, & interpretativum; Alterum, ut certum sit nullas competere detractiones; Et tertium quod possit non sit vicia; Quidquid enim sit de hoc tertio requisito, desicere dicebant

LUCA
mentis
cat.
VI
9

cebant primum ut supra, necon alterum, pro cuius defectu sufficit detractionum possibilas juxta firmata in Bonon. fideicommissi de Barbettis 19 Junij 1654. coram Bichio, Romana fideicommissi de Cefisi 14. Martij 1657. Dunozetto inter suas decif. 993. Romana hereditatu de Spatis 3. Iulij 1664. Cerro, & satis frequenter; ideoque cum ad octavium secundum testatorem in bonis Bernardini primi testatoris ejus patris detractiones pertinenter, tam legales ex causa legitima ac trebellianica, quam accidentiales pro dotibus maternis, alijisque creditis, id sufficere asserebant, non obstante hujus partis replicatione de pluribus alienationibus ab eodem Octavio factis, cum adhuc esset incertum, an illae adaequarent dictas detractiones, quae incertitudo in proposito sufficit, dum soia possibilas tollit praeferenti verificationem, copiosas defuper allegationes retexendo.

His tamen non obstantibus, cum sensu etiam veritatis, scribens pro Sulpitia contrarium dicebam probabilius, unde propter ea resolutiones justae, beneque fundatae vise sunt; Quatenus enim pertinet ad primum motivum negati fideicommissi ad favorem filiorum in conditione positorum ratione inaequalitatis; Dicebam longam esse differentiam inter casum, in quo, contra receptam regulam, ex conjecturis pretendatur filios in conditione positos censeri vocatos, & casum in quo eadem vocatio resultet ab expressa dispositione statutaria inducente vocationem expressam & dispositivam, perinde ac si litteraliter ab ipso testatore facta esset, ut de ista statutaria vocatione est hodiè receptissimum, ac habetur in precedentibus frequenter; Primo enim casu, cum decisio pendaet ex conjecturis quibus non extantibus vel sublatis à contrariis, regula sit pro non vocatione; Hinc proinde dictum argumentum servanda, & qualitas producit conjecturam exclusivam illius vocationis, qua forte resultaret ex aliis conjecturis per istam sublatam vel debilitatis, atque ihs terminis admittebam, quod motivum procedere posset.

Secundus autem in altero casu, quoniam, quomagis unus ex institutis erat incapax procreationis filiorum legitimorum, itaut conditio non esset nisi in altero verificabilis, eo magis clara resultabat voluntas testatoris gravandi eum, qui filios habere poterat ad illorum favorem, quos eidem in conditione posuerat; Stante siquidem dicta propositione, quod vocatio resultans ex Statuto habeatur pro expressa & dispositiva, perinde ac si in verbis concepta esset; Hinc proinde quemadmodum testatore instituente duos, quorum unus filios haberet, vel habere posset, alter vero non, Si expressè substitueret filios proprio parenti, non dubitaretur de gravamine, non curato abfurdo inaequalitatis, quoniam ubi voluntas est clara, non curatur de absurdis, ita pariter in praesenti; Ideoque longa differentia videtur inter unum casum & alterum, quoniam in primo dicitur vocatio tacita, & conjecturalis, in altero vero censetur expressa, & dispositiva.

Eademque responsestone tolli videbatur alterum motivum super substitutione facta solùm primo morienti ex duobus invicem substitutis, itaut penes superstitem, tanquam ex defecta substitutione, bona remanerent libera, juxta doctrinam Peregr. dicto art. 28. num. 22. & seqq. quae videbatur punctualis (cum alia praeferim decisiones Rota diversos terminos percutiant) Siquidem Peregr. loquitur in casu, quo vocatio filiorum in conditione positorum sit tacita, qualis etiam dicenda

est illa resultans ex conseruandine, de qua quicunque canonizatoria solùm minus commen-
tionis, de qua supradicta Fulginatus de Rota
73. Secundus autem ubi adest vocatio expressa
positiva resultans ex Statuto, ut in specie im-
pacto respondendo firmatum fuit in Pregi-
s. Junij 1662. & 23. Maij 1663. coram Berlaco,
habet actum supra dict. 78. dum in eisdem
fitionibus, prout in Romana fideicommissi de Cas-
tu 18. Junij 1657. Dunozetto inter suas decif. 993.
in aliis satis frequenter firmatum habetur, que
cet filii in conditione positi censentur una
portionem proprii parentis non autem per
tamen si patruis prædecedat, ita ut quae
consoliderit in superiore polmōdum non
qui relinquant filios, isti vocati dicuntur una
portionem patruis prædefundit ut post effici-
nicam portionem in parente, cui sunt sub-
sidiis supponitur patrem esse ultimo morientem
qui præmorientis porro iure substitutum
solidata sit, ideoque quidquid esset de dicta
itate Peregr. in casu suo, dum in his terminis
bemus speciales decisiones, ita statutariam dis-
cretionem absque contradicione interpretamus
eis non est recedendum.

Potissimum vero quia ut advertitur in hujus
secunda decisione S. quoniam testator, diversa
multa verborum, qua iste testator ultro est, de
qua agit Peregr. loco cit. ibi enim submittitur
ita era: alternativè, unde de necessitate com-
bat uni tantum, qui prior deceperit, ibi quippe
sine filii deceperit; In praesenti vero facta in casu
bus sine filii decadentibus, ibi, Insque in
substitutum, quatenus sine filii deceperit; Ita testa-
tore duplicem substitutionem scilicet in
dum est, Unam ad favorem superstitem ubi
quatenus alter absque prole deceperit, Atque
vero ad favorem filiorum in portione ejus, ca-
in conditione positi sunt, ut bene declarandum
etiam doctrinam Peregr. habetur in Romana fideicommissione 11. Januarij & 2. Maij 1636. Pirovam, quoniam
cunda est post Pedrock. conf. 145. & adveretur et
apud Fujar conf. 144. num. 14. ubi concidentur
Unde propter ea evanescit solùm substitutione
ad superstitem, qui nullos habeat filios, & qui
rit ultimus, dum filii ex primo moriente super-
eriam stante Statuto tali casu censentur solvantur
etiam ad portionem parentis non autem patrum
pertinet, ut in dicta praefesta & in aliis super-
dictis.

Quoverò ad alteram inspectionem elemen-
tum, super qua iidem scribentes latius elaborantur
ac etiam secunda decisio plenè se diffundit, nimirum
debarat conclusiones desuper deductas exami-
nare, ita ut videtur quae vobis propositio
retur, Tunc enim dicta inspectio intrat, quae
hares haeredis gravat, Vel ex remed. l. finali, &
testamentarius, Vel ex interdicto quoniam horum
si est intestatus, petit immitti ad bona per-
petuatum de tempore ejus moris possilia, quae
prætextu, quod essent fideicommissaria per
sum ad fideicommissum occupata essent, res-
tim ad effectum, ut iste possessor ratione per
circumstancias & ex regula dolofaciis &c. dicti velat, &
timus contradictor, desideratur copulari con-
cursus trium requisitorum ut supra, & in his
ministris loquuntur allegatae decisiones; lenge
simili dici potest, ubi vocatus ad secundum mo-
dernum fideicommissum petit immitti ad
gravati haeredis nullam habentem exceptores
qua talis immissionem impedita valeat, nulli da-
bitur.

VITERBIEN.

FIDEICOMMISSI DE PERRONIS

PRO

FRATRIBUS DE PERRONIS.

Responsum pro veritate.

An ex vocatione activa inferatur ad passivam, ita ut filii in conditione positi censeantur, ne dum vocati, sed etiam gravati; Quod etiam influit ad materiam consil. 21. Oldradi.

SYMMA RIVM.

- ¹ F. Acti series.
Quomodo in his materijs fideicommissarijs indicandum, vel de jure respondendum sit.
- ² Materia consil. 21. Oldr. cum illa glos. in l. Lucius symbolizat, & solent invicem confundi.
- ³ Distinguuntur plures casus sub dicta materia cadentes.
- ⁴ De consil. 21. Oldr. ubique recepto.
- ⁵ Ex vocatione activa non inferatur ad passivam, neque vocati censemur gravati.
- ⁶ Quod juris regulæ & limitationes sint certæ, sed questiones sint in applicatione an simus in causa regula, vel in illo limitationis.
- ⁷ Tradimur regulæ generales pro ordinando arbitrio circa conjecturas.
- ⁸ Ubi vocatio activa est certa, facilius inferitur ad passivam.
- ⁹ Quomodo regulæ generales attendi debeant.
- ¹⁰ Expenduntur conjecturae praesertim illa contemplatione agnatione.
- ¹¹ De conjecturis contrariis, & quod testator non habens filios disponentis cum filiis fratris non debet haberijure extranei.

DISC. LIX.

A Scianus Perronus, institutis hereditibus Mariano, & Dominico, ex Scipione fratre ne-
potes, aliosque ejusdem Scipionis filios nascitu-
ros cum reciproca in portione morientis absque
filii, quos declaravit esse vocatus, omnibus ita
morientibus vocavit quosdam cognatos transver-
sales; Cumque ex Mariano fuisset superstes Joannes Baptista, qui obiit aliquo anno alieno pressus. Hinc ex parte filiorum ejusdem Joannis Baptista pro veritate consultus fui, an in bonis à dicto te-
statore provenientibus possent jure fideicommissi
se tueri adversus patris creditores.

Respon-

LUCA
mentis
cat
VI
g

^{de} fideicommissi antiquoris per eum prætensi, quia
nisi istud sit clarum, dicitur exceptio peritorii ac
altioris indaginis non apta retardare summarium
& privilegium judicium immissionis ex l. finali,
vel ex Salviano, quod agenti ex moderniori fidei-
commisso certo competit.

Secùs autem ubi idem duplicitis fideicommissi pos-
sessor alienat rem, quam urpata provenientem ex
primo fideicommissio in eo expirato, liberè ac li-
cet alienare potest, quoniam vocatus ad secun-
dum fideicommissum exercere non potest dictum
summarium remedium competens solum bona
propria testatoris, non ad ea quæ licet ab ipsa pos-
sella sint, attamen spectabant ad aliud fideicom-
missum quod idem secundi fideicommissentis
heres sibi ipsi tanquam fideicommissario ad pri-
mum fideicommissum vocato restituit, qui resti-
tutionis actus, quamvis in verbis explicatus non es-
ser, implicitè ac virtualiter ex eadem ratione tex-
tus in l. Marcellus ff ad Trebell. cum ibi notatis explica-
tus dicitur per ipsum actum facti alienando, quo-
niam regulando voluntatem à potestate, atque
capiendo præsumptionem pro actus validitate mi-
litantem, dum duplum titulum habebat, unum
licet, alterum illicitum, præsumptio est præcessisse
omnia ea, ex quibus jure tituli licti validè actus fi-
eri potuit. Unde propter ea vocatus ad fideicom-
missum, ac agens contra tertium possessorem ti-
tulo singulari infringendo actum, ipse tenerit do-
cere de nullitate alienationis, cum sit fundamen-
tum sue intentionis juxta receptam distinc-
tionem, de qua habetur infra in materia alienationis
bonorum fideicommissi, sive ad aliam materiam
fideicommissi capiendo à manu heredis, ac etiam
de fideicommissario legitimo contradicente; Et
sic concludebam quod ipsa agens ad fideicommissum
tenebatur probare quod domus alias remanfa
in hereditate primi fideicommissi, effecta esset de
dominio ac hereditate secundi, quia nempè illam
sibi appropriasset pro illis detractionibus, quibus
scribentes pro dicta Modesta fideicommissaria in-
sistebant; Atque in hoc consistere videbatur æqui-
vocum, quoniam non ex eo quod illi conseruerent
detractiones, sequebatur rem particularē effe-
ctam esse propriam, dum nullus dabatur actus hu-
iusmodi appropriationis; Ideoque dicebam quod
dictarum detractionum jus salvum remanebat in
aliis bonis ad primum fideicommissum spectanti-
bus, qua ab ipsamet jure hæreditario fratrum po-
siderantur; Potissimum dum in facto docebatur de
aliquibus alienationibus ab eodem Octavio factis,
unde propter ea incertum seu illiquidum remane-
bat quid & quantum ex causa detractionum asse-
quendum esset, quod pro supplemento ita reda-
ctuum ad debitum quantitatis importare non pote-
rat hujus rei pertinentiam jure dominii, & sic re-
vera extranea videbantur à causa dicta conclusio-
nes ea quæ cum magna faragine deducabantur
circa trium requisitorum concursum ac verificatio-
nem affirmativam seu negativam.

Asistebat etiam huic parti dictum aliud funda-
mentum à Rota quoque canonizatum, quod in o-
mnem eventum, ubi etiam hæc domus specebat
ad secundum fideicommissum Octavii, adhuc ejus
alienatio referenda esset ad detractiones Ascanio
filio alienanti competentes, dum de præcedenti
consumptione non docebatur. Et fortius quia ei-
dem alienationi accesserat cum obligatione evi-
ctionis, ejusdem Octavii uxori, ac respectivè Afca-
nij alienantis mater, quæ dicti secundi fideicom-
missi erat creditrix pro restitutione dotum.